Würzburg, um 1255/1260

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



loquentur omnes qui operantur iniusticiã.
Populum tuum dñe humiliauerunt:
et hereditatem tuam uexauerunt Viduam et aduenam interfecerunt: et pupillos occiderunt. Et dixerunt non uidebit dñs: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominẽ scienciam. Dominus scit cogitaciones hominum: quõ uane sũt.
Beatus homo quem tu erudieris dñe: et de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dñs plebem suam: et hereditatem suam non derelinquet Quo adusq; iusticia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui